

Die auf der Expedition der Gazelle von Dr. Naumann gesammelten Flechten

bearbeitet von

Prof. Dr. **J. Müller** (Müll. Arg.).

Physma byrsinum Mass. Neag. p. 9, in silvis humidis insulae Amboinæ.

Leptogium phyllocarpum Montg. Syllog. p. 379, corticolum in silvis umbrosis insulae Amboinæ.

Leptogium tremelloides Fries, Scan. p. 293, in parte occid. ins. Neu-Hannover.

Leptogium diaphanum Nyl. Syn. p. 425, ad truncos arborum, sterile, in ins. New Ireland.

Sphaerophoron tenerum Laur. in Linnaea 1827. p. 45. t. 4. fig. 4, ad Fretum Magellanicum.

Sphaerophoron globiferum v. *polycladum* Müll. Arg., rami quam in forma normali 2—3plo breviores, graciliores et omnes cum ramillis albidi v. rosello-albidi; ramilli valde copiosi et divergenter ramulosi, conjunctim *Cladoniae rangiferinae* v. *alpestrem* simulantes. — Propter colorem et tenuitatem ramillorum nonnihil ad *Sph. tenerum* accedit, sed ramilli breviores et apothecia ut in *Sph. globifero*. — Ad terram muscosam Freti Magellanicici, ubi etiam planta normalis speciei ab aliis (Lechl. n. 992) lecta fuit.

Cladonia pyxidata v. *costata* Flk. Clad. p. 66, ad Fretum Magellanicum et in ins. Kerguelen.

Cladonia pyxidata v. *chlorophaea* Flk. Clad. p. 70, ad Betsys Cove in insula Kerguelen.

Cladonia fimbriata v. *gracilenta* Nyl. Lich. Polynes. p. 236, in insula Kerguelen.

Cladonia gracilis v. *turbinata* Schaer. Enum. p. 196, in ins. Kerguelen.

Argopsis Friesiana Müll. Arg., *Argopsis megalospora* Th. Fries Monogr. Stereocaul. p. 34, obs. 2 ad Ster. Argus. — Nomen specificum ex observatione incompleta erronea ortum non admittendum. Sporae re vera in ascis octonae, hyalinae et tantum 20—25 μ longae (nec solitariae, olivaceo-luteae et 60—80 μ longae) et satis similes iis plurium Collematum, transversim v. suboblique 3—4-septatae, loculis oblique longitrorsum 1-septatis, at dein singulari modo in unam quasi compositam magnam olivaceam coalescunt et vulgo pressione uno corpore ex ascis prorepunt. Hae pseudosporae non nisi optimo microscopio tum quoad elementa componentia recognosci possunt. Ascii angusti, apice more Arthoniarum alte solidi. Epithecium fuscum; hypothecium crassum et fuscum. — *Saxicola* in Kerguelen ad Betsys Cove.

Neuropogon Taylori Nyl. Syn. p. 273; in insula Kerguelen ubique ad saxa.

Usnea Naumannii Müll. Arg. Thallus sulphureo-stramineus, dense caespitose crescens, erectus, rigidus, 3—5 cm. longus, rami vase pauciramosi et subsimplices, inferne reticulatim subcostato-inaequales aut primum laeves, fere a basi ramillis subuliformibus copiosis adscendentibus praediti et papilloosi, extremitates ramulorum et ramillorum plus minusve nigro-annulatae aut omnino nigrae; apothecia terminalia, evoluta 7—10 mm. lata, dorso demum subalveolatim serobiculata et undique v. marginem versus et in margine ciliis nigris rigidis brevibus (latitudine disci plures brevioribus) munita, discus pallidus, nudus; lamina hyalina; sporae hyalinae, globoso-ellipsoideae, 8—10 μ longae, 7 μ latae. — Nulli nisi *Usneae Hieronymi Krplh.* affinis est, a qua praesertim apotheciis dorso non laevibus et margine peculiariter brevi-multiciliatis differt. — Individua minus bene evoluta nigro-annulata facile pro forma ciliigera *Neuropogonis melanathi* haber possunt, sed structura thalli et apothecia pallida (subinde demum nigrata) sunt *Usneae*. — *Saxicola* in insula Kerguelen ad Betsys Cove.

Usnea plicata Hoffm. Deutschl. Flora p. 432, ramicola in silvis insulae Novae Britanniae.

Usnea straminea Müll. Arg. L. B. n. 96, cum praecedente.

Usnea straminea f. *rubricata*, intense rubra, cum praecedente.

Evernia magellanica Montg. Cent. 4. n. 73, Syllog. p. 318, ad Fretum Magellanicum e ramulis Fagi antarcticae dependens.

Ramalina linearis Nyl. Recogn. Ram. p. 34; corticola in ins. Timor.

Peltigera polydactyla v. *scutata* Nyl. Syn. p. 327, Kerguelen ad Port Palliser et Betsys Cove.

Peltigera rufescens v. *spuria* Körb. Syst. p. 59, in ins. Kerguelen ad Betsys Cove.

Nephroma antarcticum Nyl. Syn. p. 317, supra muscos ad Fretum Magellanicum.

Stictina coriifolia Müll. Arg. Thallus valde rigidus, lurido-fuscus v. fuscescens, versus extremitates pallidius fuscus, subtus argillaceo-fuscescens, in centro nigricans, undique glaber v. in centro brevissime puberulus et parce brevissime rhizinosus, leviter scrobiculoso-inaequalis; pseudocypellae albae, prominulae, planae, demum modice excavatae, mediocriter copiosae v. rarescentes; laciniae in thallo late concretae, versus ambitum liberae, apice latores, obtuse crenato-lobatae, planae v. ultimae non raro scrobiculoso-inaequales, demum in margine dense v. etiam in pagina superiore sparse sorediis copiosis coralloideis lurido-griseis auctae. Apothecia ignota. — Rigiditate et crescendi modo et colore ad *Ricasoliam coriaceam* accedit, sed e structura anatomica thalli vera *Stictina* est. Ab affini *Stictina intricata* rigiditate, laciiniis minus liberis et defectu indumenti densi paginae inferioris discernitur. — Ad Fretum Magellanicum ad Tuesday-Bay, saxicola in silvis Fagorum.

Stictina Lechleri Müll. Arg. L. B. 1883; *Sticta carpoloma* v. *latifolia* Krplh. Lich. Exot. p. 316; truncicola in silvis humidis Fagorum ad Punta Arenas Freti Magellanicici [et ad Sandy Point: Lechler n. 1008, c. fr.]

Stictina filicina Nyl. Syn. p. 349; *Sticta filicina* Ach. Meth. p. 275, Del. Stict. t. 12. fig. 49, ad truncos Fagi betuloidis ad Fretum Magellanicum.

Stictina marginifera v. *corallina* Müll. Arg. L. B. n. 399, ad Fretum Magellanicum cum sequente.

Sticta Urvillei (Durvillei) Del. Stict. p. 70, ad Tuesday-Bay Freti Magellanicici.

Sticta Urvillei v. *flavicans* Nyl. Syn. p. 360, cum praecedente mixtim crescens.

Parmelia perlata v. *olivaria* Ach. Meth. p. 217, ad truncos in insula Amboina, et secus ripas Rewa in insulis Fiji.

Parmelia perlata v. *platyloba* Müll. Arg. L. B. n. 410, truncicola in insula Neu-Hannover.

Parmelia sulphurata Nees et Flot. in Linnaea 9, 1834, p. 504, truncicola in insula fijiana Viti Levu.

Parmelia perforata v. *ulophylla* Mey. et Flot. in Act. Acad. Leopold. 1843. p. 218, in insula Ascensionis ad saxa vulcanica.

Parmelia tiliacea v. *rimulosa* Müll. Arg. Diagn. Lich. Socotr. p. 3, cum praecedente in ins. Ascensionis.

Physcia sessilifolia Nyl. Syn. p. 426, ad truncos Pandanorum in insula moluccana Banda.

Physcia picta Nyl. Syn. p. 430, corticola in ins. Viti Levu.

Pannaria pannosa Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 27, truncicola in ins. Neu-Hannover et Amboina.

Coccocarpia aurantiaca Montg. et v. d. Bosch Lich. Javan. p. 39,
ad truncos muscosos sylvarum ins. Amboinae.

Coccocarpia pellita v. *smaragdina* Müll. Arg. L. B. n. 421 β,
cum praecedente.

Coccocarpia pellita v. *isidiophylla* Müll. Arg. L. B. n. 421 ε,
cum praecedente in ins. Amboina et in ins. Neu-Irland.

Lecanora subfuscata v. *hypnorum* Schaer. Spicil. p. 391, supra
caespites herbarum destructos in ins. Kerguelen.

Patellaria flavovirescens Wallr. Comp. 4. p. 359; *Lecidea*
citrinella Nyl., sterilis ad terram in ins. Kerguelen.

Arthonia pellicula Müll. Arg. Thallus tenuissimus, cinereo-
virens, minutissime rugulosus, demum subsecundens; apothecia circ. 1 mm.
lata, orbicularia v. anguloso-suborbicularia, pelliculiformi-tenuia, fusca v.
virenti-fusca, nuda, margine destituta; epithecium fuscum, lamina valde
nana et hypothecium hyalina; asci obovoidei, 6—8-spori; sporae hyalinae,
aequaliter 4-loculares, late digitiformes, utrinque obtusae, circ. 22 μ longae
et 8 μ latae. — Habitu ad *A. Myristicæ* Müll. Arg. accedit, sed sporae
multo maiores et loculus superior reliquis non longior. — In foliis *Aurantia*
in insula Viti Levu.

Arthonia pellicula f. *trichariosa*; *Tricharia leucomethix* Fée
Meth. p. 87. t. III. fig. B. In margine thallorum fertilium hujus speciei,
sc. *Arthoniae pelliculae*, subinde inveniuntur pili albidi qui evidenter
Trichariam leucotricham Fée minus evolutam referunt, et in eodem folio
caeterum thalli eximie consimiles adsunt eadem *Tricharia pulchra* evoluta
ornati. *Tricharia leucomethix* Fée dein nihil est nisi evolutio quasi mon-
strosa seu evolutio quasi piliformi-isidioidæ thalli sterilis quae absque
dubio ullo apud alias species *Arthoniae* et generum affinum observanda est.
Status bene evolutus hujus *Trichariae* in foliis coriaceis lichenigeris regio-
num calidiorum caeterum satis vulgaris est.

Phaeographis (s. *Melanobasis*) *diversa* Müll. Arg. L. B. n. 455,
Graphis diversa Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 74; corticola in ins. Neu-
Hannover.

Graphina (s. *Aulacographina*) *insulana* Müll. Arg. Thallus
argillaceo-pallidus, margine sublimitatus, circ. $1/5$ mm. crassus, laevis;
lirellæ 4—6 mm. longæ, $4/10$ — $5/10$ mm. latae, simplices v. furcatae, varie
curvatae, pro $2/3$ emersæ; peritheciū lateraliter undique thallino-duplica-
tum, apice anguste nudum et atrum, dorso praesertim parte obtecta
longitrorum pauci-sulcatum v. sublaeve, basi deficiens, margines sub-
conniventis; epithecium late et obtuse sulcatum; lamina hyalina; asci
4-spori; sporae hyalinae, 80—90 μ longae, 20—24 μ latae, oblongato-elli-
psoideæ, utrinque rotundato-obtusæ, valde parenchymatice, sc. trans-
versim circ. 14-septatae, partitiones longitrorum 3—4-septulatae, loculi
ipsi dein vulgo cruciatim 4-locellati. — Affinis *Graphinae* fisso-furcatae,

sed lirellae graciliores, minus turgide thallino-tectae, sporae in ascis solitariae et crebrius parenchymaticeae. — *Corticola* in insula Fijiana Viti Levu.

Opegrapha (s. *Solenotheca*) *symbiotica* Müll. Arg. Thallus cinereo-flavicans, tenuiter tartareus, leviter rugulosus, demum rimulosus, margine linea fusco-nigra cinctus; apothecia immersa, superficiem thalli fere omnino attingentia, demum $\frac{2}{3}$ mm. lata, vulgo minora, orbicularia v. leviter anguloso-orbicularia, in areolis solitaria, non confluentia nec seriata, demum thallo tumente subdistincte spurie marginata; discus planus, e livido-nigrescente mox nigrefactus, opacus, nudus; marginis proprii laterales et valde tenues, fusci, tota altitudine laminae evoluti; hypothecium mediocriter crassum aut tenue, fuscum, subinde fere nullum aut centro tantum late evolutum; lamina unius ejusdemque apothecii duplíciter fertilis, simul peripherice copiose hyphidii- (spermatii-) gera et caeterum centro late ascosporophora; hyphidia oblongo-ellipsoidea, microgonidia 4 continentia, $3\frac{1}{2}$ —4 μ longa; asci inter paraphyses arcte connexas angusti, subcylindrici, 8-spori; sporae hyalinae, 4-loculares, 13—15 μ longae et 3 — $3\frac{1}{2}$ μ latae, fusiformes, utrinque subacutae. — Species *praesentia* hyphidiorum in lamina sporophora insignita est. — *Corticola* in insula Viti Levu.

Opegrapha (s. *Rotula*) *melanophthalma* Müll. Arg. L. B., 1883, foliicola in Nova Guinea.

Coenogonium confervoides Nyl. in Ann. Sc. nat. sér. 4 vol. 44. p. 242, ad trunco muscosos in insula Amboina.

Dictyonema sericeum Montgn. in Bél. Voy. aux Indes orient. p. 159, vulgatissimum ad trunco in silvis humidis montanis insulae Neu-Hannover.

Dictyonema laxum Müll. Arg. Thallus laxe caespitose indefinite expansus, nec in laminas suborbicularis aut semiorbicularis subliberas excrescens; filamenta superficie copiose fasciculatim conglutinata, fasciculi longiusculi, aeruginosi, e filamentis aeruginosis et hyphis subhyalinis formati, apice albido v. subflavesceni-acuminati et ibidem filamentis tantum hyalinis constituti, superne nonnihil virgatim lacero-divisi, ramuli sensim attenuati. Apothecia ignota. — Planta crescendi modo et thallo laxe contexto distincta, sed elementa constitutivi ab iis *D. sericei* et *D. membranacei* non differunt. Hyphae 5 μ latae, septatae, patenter dichotome ramosae, hyalinae; filamenta oscillatorialia 15 μ lata, articulis duplo et ultra latioribus quam longis, cum filamentis hyphinis involventibus circ. 20 μ lata aut paulo tenuiora. — *Corticola* in insula Neu-Hannover.

Porina praestans (Nyl.) Müll. Arg. Lich. Afric. occid. n. 44, cum sequente foliicola in Nova Guinea.

Porina multiseptata Müll. Arg. Thallus tenuissimus, argillaceus, instratus, intricatim cellulosus, juvenilis tamen ad instar *Phyllactidii*

regulariter constructus; apothecia $1/3$ — $1/2$ mm. lata, argillaceo-carnea, late conico-hemisphaerica, ostiolo fuscescenti-carneo instrueta; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; spora 75—85 μ longae, $3\frac{1}{2}$ —4 μ lata, circ. 42-septatae. — Juxta malaccensem P. insperatam locanda est, a qua differt apotheciis majoribus et sporis longioribus et crassioribus. — In pagina superiore foliorum viventium in silvis montanis Nova Guinea.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Botanische Jahrbücher für Systematik,
Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie](#)

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: [4](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Die auf der Expedition der Gazelle von Dr. Naumann
gesammelten Flechten 53-58](#)